



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||  
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In  
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipue desumpta

**Puente, Luis de la**

**Coloniæ Agrippinæ, 1626**

Cap. VII. Constitutiones & leges Religionum, earum præstantia & vtilitas

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45802](#)

vandam, & simul cum charitate excitandam. In quibus ministerijs Religiosi offerunt Deo sacrificia Institutae gratissima, cum multo sale sapientiae ac discretiovis; & per eadēs humi ipsi o Sal terre & lux mundi. Et interdum eō perueniunt, vt fiant holocaustum adeō perfectum, quod propriam vitam & ianguinem offerant, ad satisfaciendum statni & officio proprio. Et minimum (vt S. Basilus ait) sunt semper parati, ne officio suo desint, etiam si certum mortis imminet periculum, vt inferius apparebit.

o Matt. 5.13

Reg. 8. Tu-  
fiorum.

## CAPVT VII.

CONSTITUTIONES ET LEGES RELIGIONVM, & earum  
Præstantia, & utilitas.

**R**DINUM & Statuum varietas, quos Religio comple&tetur, præcipue consistit in Constitutionum & Legum, quas habent, diversitate, ad vota sua magis perficienda; in quibus etiam Institutum suum declarant, positum in proprio fine & medijs ad eum consequendam. Quæ omnia scripto proponuntur, ut facilis innescant, & frequentius repetantur, ne tradantur obliuioni. Quamobrem etiamsi a lex naturalis (ut ait Apostolus) scripta sit in cordibus hominum; voluit tamen Deus D. N. ut electus eius populus eam haberet b<sup>on</sup>tabilis lapideis scriptam d<sup>omi</sup>n<sup>o</sup>ri, ut pluris à populo fieret. & Moys<sup>e</sup> præcepit scribere Deuteronomium, in quo erant omnia præcepta & ceremonia legi veteris. Et quamuis lex noua, qua est gratia d<sup>omi</sup>n<sup>o</sup>ris scribenda & imprimenda era in tabulis cordis (ut dixit Ieremias) à præsentia Spiritus sancti illam dictant; voluit tamen Christus D. N post suam in cælos ascensionem, Euangelium factum à quatuor Evangelistis scribi; ut perpetua esset legis suæ, doctrina, & consistorum apud homines memoria.

S. I.

EX HIS ACCEPIT gloriōsus Pater noster S. Ignatius diuinā quadam prudentiā solidam occasionem, & fundamentum ad scribendas suas Constitutiones, ut ipse in earum prologo aperte asserit. Supponit enim internam Charitatis legem, quam Spiritus sanctus scribere & in cordibus imprimere solet, esse præcipuum auxilium ad Religionis conseruationem & perfectionem; eō quod lex illa sit verè viua, & statim Institutum viuum: à qua efficacitas procedit ad implendum, quæcunque leges scriptæ continent, ut postea apparebit. Statim tamen subiicit quatuor causas & motiva scribendi Constitutiones, omnibus Religionibus communes.

a Rom. 2.13

b Exo. 31.18

c Dens. 8.1.9.

19.

d Th. 3. p. 9.

41. 4. 4.

d Iere. 31. 33.

Hebr. 10.16

Cur Euangeliū sit  
scriptumIn Proemio  
Constitutio-  
num.Scriptoris  
regularum  
motiva.

B b 3

PRIMVS

a 1. Cor. 3.9.

b Prou. 8.15.

3.

Opus. cōtra  
impugnat.  
Religio. c. 4.  
Papa in  
confirman-  
dis Reli-  
gionibus  
non erat.

c Mat. 16.18

d Ioh. 16.13

PRIMVM motuum est; eo quod Prudentia diuina, suatum Creatum cooperationem exigat; & constituerit alios homines per alios iuuem, a qui sunt, ( ut ait Apostolus ) *Dei adiutores in opere nostra salutis & perfictionis.* Et quoniam fundatores Religionum sunt instrumenta, quibus Deus vtitur ad iuuandos Religiosos, eorum Institutum profientes: vult ipsa diuina prouidentia eos facere Constitutiones & leges, que media sint ad oenendam perfectionem, ad quam sunt vocati. In quo sensu accipendum est, quod Sapientia diuina dixit: b *per me legum Conditores insta decernunt;* illam diuinam Sapientiam cooperantur, ad eas leges condendas, quas illa inspirat, & in lucem producunt, quae Deus ipse in æterna sua prouidentia constituta habebat, accommodantes ea fini propriæ suæ vocationis.

SECUNDVM motuum est, quod Vicarius Christi D. N. ita statuit: cui diuina eius maiestas infallibilem dedit authoritatem, ad Religiones, earumque Leges & Statuta approbanda, ita ut ( quemadmodum Thomas probat ) non possit in eo quod præcipuum est earum errare, & probando, verbi gratia, votum aliquod, finem, aut medium prauum, cum enim haec leges & Regula proponantur omnibus Ecclesiæ fidelibus, ut eas dirigi & ad perfectionem progredi possint: si Pontifex in approbando Regula erraret, exponeret totam Ecclesiam manifesto errandi periculum, & magnum ei inferret damnum, præbens gregi suo venenatum in doctrina aut moribus pabulum, quod nulla ratione est admittendum; id enim est contra Christi D. N. promissionem, fundantis Ecclesiam suam super sanctum Petrum eiusque successores, ita ut c *nec porta inferi prævalere possent adiungere eam,* ut faciant eam fallam aliquam doctrinam, aut impias leges approbant in perniciem animarum. Quamobrem Summus Pontifex, cum de Religione aliqua recens fundata agitur, exigit ab ijs, qui fundare illam cogitant, dicti scriptas res omnes substantiales sui Iustitiae; quæ sunt ferè tres, vos scilicet in ea edenda, finis proprius, quem spectant; & media principia, quæ ad eum obtainendum adhibent. *Spiritus sanctus, qui omnem docet veritatem assistit ipsi Pontifici, ne aberget in eo quod approbat.*

TERTIUM motuum est, exemplum priorum Sanctorum, quos Deus constituit in Ecclesia tanquam exemplaria, quæ successores imitantur. Quibus, cum eos induxit ad fundandas Religiones, etiam inspiravit, Constitutiones & Regulas prescriberent, quibus illæ gubernarentur, quod fecerunt SS. Basilius, Augustinus, Benedictus, Franciscus, & alij Religionum Patriarchæ.

HIS accedit quartum motuum, ratio scilicet naturalis: quæ quodd sit in men communicatum ab infinito e *vultus Dei lumine,* non decipitur. Hoc

augustinus

autem dicit ac docet : ( vt benè ostendit S. Thomas ) omnes Republicas indigere legibus , quibus gubernentur : & ad homines dirigendos in via virtutis , à vitijs retrahendos ; & in pace , & amicitia conseruandos . Quamvis et in superiores , qui sunt lex viua , iuuare ad id possint : multò tamen melius esse probat Aristoteles : id fieri per scriptas leges , quæ exactius examinantur , diutius durant ; nec subiectæ sunt mutationibus , & passionibus , que sapientib[us] turbant iudicium aliquorum Prælatorū , & Iudiciorū . Cum igitur : Res publica tam civilis , quam Ecclesiastica proprijs legibus gubernetur : res cum quoque erit , Rem publicam Religiosam legibus gubernari , cum speciale illa perfectionem , & coniunctionem profiteatur , modo quodam vi- tis , qui in ea viuunt , communni .

## §. 2.

**H**INC LICET incipere explicare particulares excellentias Constitutionum , & Regularum Religionis , ab Ecclesia approbatarum , quacum primus Author est ipsa diuina Sapientia , quæ cum hanc sibi domum ædificat , quemadmodum excidit columnas , & victimas suas im- molat ; ita proponit mensam suam & miscet vinum : hoc est , illam instruit rebus necessarijs valde splendide . Nam quemadmodum fundata Ecclesia Hebreæ , posuit in ea mensam Scripturæ sacræ , testamenti sc. veteris ; & fundata Ecclesia Christiana posuit in ea testamentum nouum , præcipue sacerorum Euangeliorum , vt suo loco dictum est , ita , cum erigit domum sacrae Religionis ipsam diuina Sapientia proponit mensam Constitutionum & Regularum ex Scriptura sacra , & sacris Euangelijs exceptarum , vt varijs spiritualibus cibis abundet ad sustentationem & oblationem Religiosorum ; & conseruationem , augmentum , & perfectionem sanctæ vitæ , quam profitentur . In hac mensa est b[ea]panis vite & intellectu , varia consilia ac documenta , quæ illa apponit , vt sacramenta frequententur , & spiritualia Exercitia Orationis , Lectio[nis] , & aliarum virtutum . Est quoque preciosissimi vini copia : nam omnis eius doctrina e[st] tendit ac peruenit , vt affectus amoris Dei , & proximi valde inflammatos exciter . & est tanquam e[st]cellarium quoque celeste , in quod ipse cali Rex inducit Religiosos , vt in eis ordinet Charitatem . Et præterea ipsa Religio vocatur Ordo : quia totum hominem interiorem & exterio- rem ordinat , & componit , non coacte aut ex timore seruili , sed suauiter & ex amore filiali : erigit enim super omnes huius domus columnas vexillum Charitatis , quæ est proprium signum Religionis ; & propter quam indicatur & habetur domus Dei viuus Schola IESV CHRISTI . Cu[m] d[icitur] discipuli d[icitur]gnoscuntur , si dilectionem habebant ad insicem . Quare huius domus habitatores nec fame , nec siti prava prementur , si libere velint cibos , quos divina Sapientia in hac sua mensa proposuit .

Sed

c Psal. 4.7.  
1.2. q. 95. m. 1.1. Rhet. t. 1.  
D. Thomas  
supra ad 1.I.  
a Pro 9.2.Tom. I. Tr.  
16.7.

b Eccl. 15.3

c Cant. 2.4.

d Ioan. 13.35

Sed quoniam non omnes possunt eisdem cibis & eodem modo preparari  
vesci: constituit Sapientia diuina, ut quemadmodum sunt septem columnae  
huius domus, variaeque Religiones; ita unaquæque propriam haberet manu-  
sam preparatam cibis aptis & accommodatis ad sustentationem eorum, quae  
iu ea degunt.

2.

No n est tamen existimandum, diuinam Sapientiam has leges & Regulas  
constituere eo tantum generali modo, quo (ut S. Ieron. d. XII) primum  
est omnium bonarum legum, quæ sunt in omnibus huiusmodi Rebus politi-  
cis: quatenus scilicet naturali lumine, & scientia, & experientia, adiutoria  
iam lumine fidei, docet ac dirigit ipsos Reges, & Legislatores in legibus  
condendis, ad rectam gubernationem: non inquam hoc tantum gen-  
modo sed singularem & maiorem fauorem ostendit erga fundatores Reli-  
gionum, maiorem eis lucem præbens ad Regulas condendas: nam autem  
aliquæ Angelum, qui illos doceat, sicut misit ad S. Pachomium; aut plenaria  
speciali reuelatione & interna inspiratione eas fuggerit, quemadmodum  
Ipirauit S. Francisco, reddente huius rei testimonium voce quadam certa,  
dicente: Franciscæ, in hac Regula nihil est tuum: sed tota illa est mea: &  
de Patre nostro S. Ignatio scimus, etiam eum per reuelationem, aut inspira-  
tionem Dei scripsisse res graues suarum Constitutionum: cum prece-  
rent illustrationes & fauores coelestes in contemplatione & oratione, qui  
præmittebat earum scriptio. Et vniuersim quemadmodum & Angelus  
dam, referens Christum D. N. e dedit S. Ioanni Evangelista librum quendam,  
quo scriptum erat, quod erat prædicatus; & statim iussit, librum ipsum  
deuorare, ut statim prædicaret; ita erendum est, Christum D. N. dare In-  
dicatori Religionis librum Regularum, quas docere debeat; & iubete illi  
deuorare, & in animam suam transmittere, ut postea alijs eas prædicent  
capite nono videbimus.

SED aliud quoque extremum est vitandum: ne scilicet existimemus, Se-  
pientiam diuinam etiam ipsa verba dictasse, quibus Regulas ipsas scri-  
rent; & minutissima quæque in ipsis contenta: id enim est proprium Scrit-  
pturæ sacræ & eius Scriptorum. Satis itaq; est, quod sententias & res  
ioris momenti reuelauerit: relinquens iporum bono iudicio & ratiocina-  
tioni ipsa verba, & res alias minutæ, quæ cum eis miscentur. Eundem  
modum quo Dominus aliquis prudenti famulo fuggerit substantiam  
quam alteri debeat significare: remittens eius prudentia verba & modum  
significandi. Et hoc etiam modo eas approbat summus Pontifex, vnde  
curæ sint, ac certæ. Nam reuelationes & inspirationes interne, quas mihi  
sancti nobis proponunt, apud nos non habent autoritatem & certitudinem  
infalsibilem, donec illa approbet Ecclesia.

Henc

Quomodo  
leges Reli-  
gionum  
condan-  
tur.  
*Lib. 4. eius  
vita c. 2. &  
lib. 5. c. 1*

*e. Apo. 10. 8*

Hinc tercia oritur Excellentia Regulae Religiosæ: quod sit certa ac secura via Perfectionis; qua securè & ablique periculo peruenire licet in celum, nisi ad unum aut alterum latus declinemus. Ita ut applicare licet Religioni illud Isaiae f dabit vobis Dominus panem arctum, & aquam breuem: & non faciet ambulare ate ultra dolorem tuum: Et erunt oculi ieiuii videntes præceptorem tuum. Et amissione audient verbum post tergum monemur: hac est via, ambulate in ea. Non accimerit, neque ad dexteram, neque ad sinistram. Panem arctum (ait S. Hieronymus) esse doctrinam Euangelicam, manentem in mensa Ecclesie Catholice nam hæc doctrina fundatur in arcta via crucis & mortificationis; & est sobrenata in illo præcepto amoris Dei & proximi. Eundem hunc panem & aquam validè eminenter dat Dominus noster Religiosis in mensis Regulanus via Religionis; & loquitur ad cor eorum, inspirans illis ut Regulas illas obseruant; ac dicens: hac est via cœlestis, & semita perfectionis: ambulate per eam, non deflectentes, aut declinantes ab ea propter ullam vitæ humanae prosperitatē, aut aduersitatem: illa enim deducet vos ad quietem æternam (Referit S. Gregorius) quando S. Benedictus obiit, duos Monachos videlicet eodem die in oratione viam quandam planam, rectam, & pulchritè exornatam, luminaribus validè splendentibus referram: quibus venerandus quidam senex dixit: hac est via, per quam dilectus Dei benedictus ascendit in celum. Et S. Bernardus declarans hanc visionem, ait: hanc viam esse Regulam, quæ S. Benedictus instituit per cuius obseruantiam sanctus ille acedidit in calix, & ascendit cæteri, qui eandem seruauerint. Non. n. dubitare licet diuinâ potius inspiratione, quam humanâ prudētiâ institutâ fuisse Regulam, qua virile ad tantam peruenit sanctitatem; & in vita, & in morte tantam obtinuit gloriam. Idem autem dicere licet de quacunque alia Regula ab Ecclesia sancta approbata, quæ via est plana, recta, & præclararum virtutum, & consiliorum tapetibus exornata: & qui ambulauerit per eam, perueniet ad gloriosum finem, quem intendit,

Hæc Excellentia fit excelsior ex adiuncta altera validè præclara: in ipsis enim Regulis innoteat Religiosis sanctissima Dei voluntas in qua, ut ait David, una nostra consistit, & cuius exequatio est sanctitas nostra; & requies temporalis & æterna. Quod sentiebat ille Propheta, qui dixit: h. Beatis Iudeis Israel quia que Deo placent, manifesta sunt nobis. Hoc enim dicere voluit: non sumus beati ob nobilitatem maiorum nostrorum Patriarcharum, & Prophetarum, non ob illa prodigia quæ fecit, ut nos ex Ægypto educeret; & in hanc promissionis terram induceret; non ob diuitias & prosperitates hie nobis oblatas: sed quod ea nouerimus, quæ superior in ostro placent, ut ea compleamus: ex hoc enim omnis nostra felicitas penderet, beneficium hoc tale est (ut David, ) ut i non fecerit taliter omni nationi: & iudicia sua non manifesta

3.  
Religio  
perfecta est  
ad cœlum  
via,  
f Ps. 30. 20

Ibidem.  
Panis ar-  
ctus quid.

Secundo Di-  
alog. cap. 37.

Homilia in  
I. Ecce nos  
reliquimus  
omnia.

4.  
g Ps. 29. 6.

h Baru. 4. 4

i Ps. 147. 20.

k Ps. 102. 7.

l Ps. 16. 4.  
Finis Reli-  
gionis  
quis.

m Eccl. 33. 17

n Ps. 147. 1.

o Ps. 83. 8

ueritatis, erga solum Israël hac misericordia est unus, qui est summus in-  
tors, & nota faciens vias suas Moysi filius Israël illuminatus suus, & quid ab eo  
quereret. Posterior autem nunc id licet dicere de Christianis, & adhuc amplius  
Religionis; quod sumus beati non ob nobilitatem, aut scientiam, non ob aliae  
humanas amplitudines, & ornamenti; sed quod sacram Euangelium  
Regulas nostras clare ac distincte nouerimus, que Deo sunt placita, ut  
præstantes, illi placeamus. Hic nostræ felicitatis fons est, & in quo ipsa im-  
ago est beatitudinis quædam imago; finisque præcipuus, propter quem  
illam venimus, iuxta illud Davidis: *in unam petui a Domino, hanc regnare  
in habitaculo domini omnibus diebus vita mea, & permane in domo  
Ecclesie militantis, & intra eam in domo sacra Religionis;* ac denique in  
mo Ecclesie triumphantis, à qua nunquam excidam: & omnem meam  
attentionem, & vota mea in hanc rem solam dirigam. Sed hoc: *de Rebus Se-  
cundis, cur tantopere desideras?* ut videam Voluptatem seu Voluntatem In-  
mini. Quamvis enim duo haec verba diuerla sint: eorum tamen sensus  
idem: iustus enim idem est Dei voluntas, & eius voluptas. Nam exponit  
Dei voluntatem, eius quoque voluptatem assequuntur. Nam in ea exequenda  
est vera solidaq; voluptras, iuxta illud Ecclesiastici: *m nihil dulcius quis  
benevolis oculis respicere in mandatis Domini.*

Hæc excellentias, & alias non inferiores, vita Religionis, tanquam pra-  
sentes respiciebat in spiritu idem Propheta Regius, cum diceret: *n Lætabi-  
rus Ierusalem Dominum; lauda Deum tuum Sion, quoniam confortauit seras portarum tu-  
rum; benedixit filii tuis in te, qui posuit fines tuos pacem, & adipefrumenta satia-  
quæna ista est Ierusalæ, nisi Ecclesia sancta?* & quis mons, siue arx Sion, &  
Religio sacra, cuius filii sunt Religionis: in qua posuit Deus portas, & seras  
liodistimis clavis affixa? Porta sunt Euangelica Panpertaris, & Cætitatis. &  
Obedientie consilia, per quæ patet aditus, & ascenditur ad perfectionem.  
seræ sunt ipsa vota, quibus illa confirmantur: ita ut non liceat exire ex domo  
illa Religionis, in quam nos induxerunt. Clavi sunt ipsæ Regula, quæ con-  
stituuntur & adhibentur ad maiorem votorum soliditatem. Et hæc est  
insignis eius excellentia, quod confirmat & corroborat Religionis  
obligatio eius, quod promiserunt, ut sua promissionis fructum con-  
quantur. Ad quod certius obtinetum, Supremus o Legislator suam impen-  
tit benedictionem, adiuuans eos speciali gratia, ut eam de virtute in virtutem  
donec ad supremum omnium culmen perueniant. Ex quo prouenit, ut omnes  
eorum fines circumdat muro pacis, & mutua omnium inter se concordia  
& amoris vinculo: ac proinde victoriam eis det de omnibus suis hostibus  
donec eos pedibus eorum calcando subiicit. Ne autem ipsi deficiant, eos a  
selecto doctrinæ pane, & frequentia Sacramentorum, quibus eius abunda-

mensa. Et quamvis non desit illis per nos & glacies, nebulas & pruina afflictionum ac tentationum, quibus illi excentur: ipse tamen Dominus ita eorum custos gerit, ut repestiuem emitat verbum suum internae illustrationis, & faciat, spiritum suum feruentis inspirationis flare ut omnia illa dissoluat, & fluant aque-dans eis ampliorem notitiam viarum sanctitatis & perfectionis, ita ut vere dici possit: Non fecit taliter omni nationi, atque fecit ipsis Religiosis, quoniam natio est pura. Obedientia & dilectio, ac propterea ei tantopere fuit, indulxit, & praet alijs omnibus eam protexit. et Lauda itaq; Ierusalem Dominum, qui te fecit, lauda Deum tuum Sion, qui te fundavit, & singulari amore cupit esse tuus, vt & tu sis ipsius. Felices qui per tuas ingrediuntur portas, tua amplectentes consilia, usque votis sole claudentes, & regulis corroborantes; liquidem in te benedictionem inuenierunt, pacem, saturitatem, de hostibus vitoriam, & coronam gloriae propter obtentas victorias.

## CAPUT VIII.

## PROPRIETATES CONSTITUTIONVM AC REGULARVM

Religionum, in quibus suam ostendunt praestantiam & perfectionem.

**V**ENIAMVS NUNC Ultimam Excellentiam, quam habere solet Regula Religionis approbata: in qua ordinariè inueniuntur conditions & proprietates perfectæ legis humanæ, civilis, aut Ecclesiasticae: de qua dicit S. Isidorus. quod debeat esse honesta, iusta, possibilis secundum naturam, loco temporique conueniens, necessaria, utilis, & manifesta.

**P**RIMVM ita que Regulae & Constitutiones HONESTÆ sunt & sanctæ: quia fluunt ex fonte sanctitatis, hoc est, ex Euangeliō sancto; & inspiratur a Sancto Sanctorum, ad communicandam suis electis sanctitatem. Ed autem sunt præstantiores, quod ordinant ac dirigunt res sanctiores, commendantes actus virtutum in gradibus excelsioribus, quales sunt purior intentio gloriae Dei humilitas profundior in cõtempribus, paupertas strictior, obediētia erga Superiores promptior, & maior inter æquales cōiunctio, euellendo tacitū oēs scopolos, & impedimenta ad has virtutes perfectius exercēdas.

**S**ECUNDO, Leges sunt IUSTÆ, hoc est, naturali rationi, quoad fieri potest, conformes; ita ut constet de earum Iustitia, & æquitate, absque iniuria terris; cum enim gratia fundetur in natura; & homo ratione gubernetur: gravior fert id, quod ab ea degenerat, nisi fides dicenda suppleat, quæ est super ipsā rationē humanā. Quamobr̄ dixit David: a Iudicia Domini vera, iustificata in semetipsa desiderabilia super aurum & lapide preciosum multum, & hominibus dulciora super mel & fannum. Tales igitur esse debet humanæ leges, ut sint cōformes diuinis, ita ut nō fundetur in rationib. tñm probabilibus, sed certis. Ratio enī:

Pp. 142. 16.

q. Ecol. 3. 1.

Pp. 147. 1. e.

Beati qui  
Deum se-  
quuntur.

Lib. 5. Ethy.

c. 5. § 21.

S. Tho. 1. 2.

9. 3. 4. 3.

I.

2.

a Psal. 18. 10.

&amp; Ps. 92. 5.